

Alte Drucke

**M. T. CICERONIS || EPISTOLÆ AD || COMPLVRES SCRIPTÆ, ||
QVAS VVLGO FAMILIARES || APPELLARVNT, || EDITÆ || DE
SENTENTIA || IOACHIMI CAMERARII || ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1578

VD16 ZV 31063

ARGVMENTA BREVIA ET SVCCINCTA IN OMNES EPISTOLas familiares M. T.
Cicerionis, per Gibertum Longolium.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149712

I
A R G V M E N T A
B R E V I A E T S V C C I N -

C T A I N O M N E S E P I S T O -
las familiares M. T. Ciceronis,
per Gibertum Lon-
golum.

1 *Ego omni)*
Nunciat Lentulo, quid in causa illius in senatu
actum fuit.

2 *Idibus Ianuarij)*
Nunciatoria hac est, Continet causas frustra ha-
biti senatus, & quid sperandum deinceps Lentulo sit,
ex secunda conuocatione ostendit.

3 *Aulo Trebonio)*
Commendatoria epistola tacitam hortationem ha-
bent, non enim cuiquam fauimus, nisi dignus sit pro-
pter quod illi bona fieri debeant: Ita Aulum Tre-
bon. commendat Lentulo, ut illi in rebus necessariis
adminiculo sit.

4 *Ad XVI.)*
Quo minus ex voluntate Lentuli & Ciceronis res
confecta sit, conijcit culpam in senatus dissensionem.
Subiungitur commendatio officii sui, a cura & provi-
dencia, qua in confirmatione causae usus est.

5 *Tametsi mihi)*
Quis fuerit affectus Ciceronis in amicis iuandis,
hac epistola exprimitur. Habentur & nouae causae, cur
negocium minus confectum sit.

6 *Quae gerantur)*
Excusatio per *ἀπολογία*, breuius scribo, quia
vtrorumque nostrorum amicus Pollio rem tibi om-
nem enarrabit. Recitat ipse causas consolationis
dolo-

doloris sui, ne omnino spem de causa deposuisse credatur.

7 *Legi tuas*)

Respondet varijs Lentuli literis: Primum causas dicit, cur non tam frequenter, quam cupiat, scribat. Addit numerum eorum, qui Lentulo aut male aut bene cupiunt. De Pompeio quoq; conciliato gaudere se dicit. Postremo consilium suum aperit, quo Lentulus ab aduersariorum iniuria tutus esse possit.

8 *De omnibus*)

Principium epistolæ idem est, quod in superiore: cuius initium, Quæ gerantur: Et hic Cicero prope modum animum in causa Lentuli dimittit, quod Senatus nullo neque ordine, neque iudicio negotia transfigat.

9 *Periucunda mihi*)

Hæc epistola partim Lentuli, partim Ciceronis in negocijs consumitur: Lentuli quidem, cum de rebus ad illum pertinentibus à Cicerone certior fiat, officijs erga se amplissimam memoriam sentiat renovari. Ciceronis vero quando ille se purgat & leuitatis & inconstantia, quod cum ijs redierit in gratiam, quos antea ut inimicissimos oppugnavit & vexavit. Reijcit omnem in temporum constitutionem culpam, & à sapientissimorum iudicio & auctoritate inculpabilem se præstare nititur.

10 *Quid rogas*)

Quando à plerisq; putata est hæc superioris pars postrema, eiusdem etiam erit conditionis, nempe ad varias literas Lentuli abundans responso.

11 *Cur enim*)

Locus quidam in Valerium, sed urbanus, qui que aculeum in animo Valerij relinquit, sed is tamen figuratus ab aliorum testimonio, ne novas causas contumelia excitet.

Quan-

12

Quamquam me)

Duas partes habet hæc epistola, prior excusationem mixtam officij commendatione proponit: posterior adhortationem ad gloriam & laudem subiicit.

13

Gravi teste)

Consolatoria est epistola. Deinde dissuasio, ut sumtus inutiles in funere patris non faciat. Nam in funere parentis ludos edere populo decreuerat Curio, & ut Cicero se absente denunciaret, mandarat.

14

Epistolarum genera)

Argumentum epistolæ à Cicerone affectatum est, ut *πρὸς τὸν Κουρίον* ageret, quod alioqui sine reprehensione vix posset, nempe ut hortaretur eadem ratione, qua sæpius antea. Quod ut omne aperte faceret, obstabat nobilis Curionis animus, ne is dissidentia sua labefactaretur.

15

Hac negocia)

Gratulatio Ciceronis, quod Curio & materiam & occasionem habeat amplificationis dignitatum laudumq; suarum: & ut aliquando Rempublicam capessat sub finem callide adhortatur.

16

Nondum erat)

Solicite Cicero Milonem commendat Curioni, ut illius consulatus & dignitas, tanquam sui ipsius curæ sit. Est autem artificiosa epistola, omnibus locis suasionis referta.

17

Sera gratulatio)

Quamquam alia multa in hac epistola agat Cicero, solitam tamen clausulam non omittit, qua adolescentis animum ad confidentiam sui ipsius confirmat.

18

Quid? tu me)

Levis obiurgatio per reiectionem, hoc est, apodixin, non enim ab amicissimo sibi scribi cupit, quæ à vulgo passim produntur. Ex qua re clam illius sententiam de gliscente inter Cæsarem & Pompeium discordia re-

dia requirit, ut animi hominis exploratum ad patres Pompeij, cui plus fauebat, inclinet.

19

Primum tibi

Gratulatoria est epistola, qua de dignitate, & repulsis competitoribus illi gratulatur.

20

Tu vide

Ne alienet à se Cælij animum exprobratione immemoris officij (quod in nouis dignitatibus nonnunquam solent mutari animi) culpam in tabellarios consilio transfert. Deinde res gestas suas cum amplificatione exponit, scilicet ut dignum se esse ostendat amicitia & familiaritate Cælij.

21

Putaresne unquam

Ut ad Atticum scribat, Cælius Ciceronem hortatus fuerat, ut in provincia maneret. In hac itaq; epistola causas reddit, cur id sibi non faciendum existimet. Deinde cum apud ædiles Roman. ludorum procuratio esset, & ædilitatem suam populo spectabilem reddere cuperet Cælius, & ob id pantheras à Cicerone petijisset, quid de illis possit, rescribit Cic.

22

Solicitus equidem

Literarum officium à Cælio requirit, hortaturq; ut ad urbana negotia se totum comparet.

23

Raras tuas

Officiosa est epistola, qua se consilio Cælij acquiescere velle ostendit.

24

Fabio viro

Fabium de meliore nota commendat, nempe animi virtutib. & ingenio, & quo pacto res Rom. se habeat.

25

*Non potuit**(requirit)*

Mixta est hæc epistola, nam & diligentiam amicorum agnoscit: Et quid de Dolabellæ & Tullæ nuptijs sentiat, scribit. Et cur Cælium provinciæ præfecerit, rationes reddit.

26

Magno dolore

EX

Excusat se à falsa suspitione Cælij, quam in contrariam voluntatem detorquet, tantum scilicet se à Cæsar's & Pompeij dissidijs dissidere, vt nihil pace & tranquillitate Reip. carius habeat.

27

Literas à te)

Duo agit in hac epistola Cicero, primo respondet mixtæ epistolæ Caninij, deinde purgat se adiectis causis varijs, quare Bibulo neminem commendare possit aut debeat.

28

Officium meum)

Petit vt curam quæstoris habeat, ne huic præferat legatos, & quo id facilius consequatur, exquisitis argumentis ex suavorijs locis depromptis aggreditur.

29

Cum optatissimum)

Gaudet ob quæstorem sibi datum, quem maxime cupiebat, & vt ad se veniat, antequam è prouincia de- cedat, hortatur.

30

Si ipsa Respub.)

Principium epistolæ apodoxis est. De Republica nihil scribo, quamuis tu petieris. Nam Phannia tibi rem omnem aperiet. Deinde animum suum erga Appium declarat. Sunt & aliquot commendationes personarum, sed præcipue L. Valerij iureconsulti.

31

Cum &)

Veritus Cicero ne Appij animum à se alienaret, quod ei in prouincia succederet, callide lenimenta quædam excogitat, quibus animum illius, vt alibi scire licet, irritabilem placet, & sibi conciliet. Deinde petit, vt prouinciam ei ita tradat, vt quam facilima ratione eam administrare possit.

32

Ad decimum sextum)

Petit, vt si quos milites Appius nondum dimiserit, eos vero ne nunc dimittat, ne vacuam prouinciam obtineat. Senatum enim negare vllam conscriptionem militum.

Pridie

33

Pridie Nonas)

De mutuo Ciceronis & Appij amore extant in hac epistola testimonia.

34

Tralleis veni)

Collaudat Appij voluntatem, quod eius rationem in provincia accipienda habuisset. Nam id superioribus literis perierat. Deinde se iter ad Appium directurum quocunq; ille vellet, scribit.

35

Cum meum)

Expostulat cum Appio, quod promissis fidem non seruat.

36

Pluribus verbis)

Appius tumens nobilitate sua (erat enim hoc gentilicium illi) & ob id Ciceronem propemodum contemnens, multa indignitatis aduersum se exempla à Cicerone perpetrata, callide confingit, cum non haberet aliud, quod ad Ciceronis expostulationem responderet. Hæc Cicero ita eleganter confutat, ut superbiam omnem, quam illi ascribebat, in eundem retorqueat.

37

Et si quantum)

Et hæc epistola in refutandis Appij falsis insimulationibus, utpote de suspitione taciturnitatis, de legationis prohibitionis, de fama imminuta, consistit. Sed ita tamen refutat, ut non tam Appio mendacium impingat, quàm falsis delatoribus, quibus citius quam decebat virum probum, aures concessisset. Monet tamen sub finem, ut amicitiam tueatur & defendat.

38

Vix tandem)

Redit quasi in gratiam cum Appio, posteaquam intellexit, quo animo erga se ille esset.

39

Cum est)

Et hæc epistola plenum testimonium de sua erga
m Appium

Appium voluntate dedit, cum significat sibi illius dignitatem non alter curæ fore ac sui ipsius. Horratur idem Appium, ut improborum conatus fortiter ferat. Postremo excusat se de falsa illa suspitione legationis prohibita.

40

Cum essem)

Principium est gratulatorium, quod accusatione aduersariorum non succubuerit: deinde laudat Appium, & confirmat, quod bene de Republica sentiat, & erga eam optime sit affectus. Postremo veniam petit, si forte quid stomacho maiore ad Appium scripserit.

41

Gratulor tibi)

Graviter ferens Appius Tulliolam Ciceronis Dolabellæ infestissimo Appij inimico desponsam, exposculauerat cum Cicerone. Ob id exculationem parans, totam culpam in absentiam suam reijcit, & deinde Appij animum in amicitia confirmat.

42

Quasi diuinarem)

Officium suum Appio commendat, & id rursus ut faciat Appius propter Dolabellæ inimicitias, monet.

43

Caius Trebatius)

Suasoria est epistola, ut Seruius omnem curam iuvandæ Reipublicæ deponat.

44

Ad III. Calend.)

Consulit Seruio, ut ab urbe discedat.

45

Vehementer te)

Conquestio de iniuria suorum temporum, mox consolatio à recta conscientia, & bonarum artium studio. Postremo filij commendatio, quo pari voluptate aliqua à doloribus afficiatur.

46

Accipio excusationem)

Respondet excusationi Seruij, & illius negotium pro suo extollit. Narrat item, quæ ratione in pristinum locum

locum per Cæsaris beneficia Marcellum restituerit, postremo & Seruiij, filijq; illius eruditionem & probitatem laudat. Itaq; mixta est epistola.

47 *Posteaquam mihi)*

Perfectum consolationis exemplum est ista epistola eiuscemodi argumentis instructa, vt non solum dolores luctusque quoslibet lenire, sed & plane tollere possit.

48 *Ego vero)*

Quamuis Seruij consolationem acceperit, reddit tamen alias causas, vt doloribus cedat.

49 *Et si eo)*

Suadet Marcello, vt relicta sua sententia, qua perpetuum exilium sibi decreuerat, Romam redeat, & Cæsaris humanitate fruatur.

50 *Neg, monere)*

Iterum suadet, vt inuitata sententia in patriam reuertatur, idq; propter temporum & loci conditionem, & Cæsaris erga bonos viros voluntatem.

51 *Et si per paucis)*

Eiusdem est argumenti cum superiorib. duabus, in hac tamen efficaciora & magis vrgentia argumenta sunt, vt propemodum Marcum Marcellum redire cogat.

52 *Et si mihi)*

Eiusdem est argumenti.

53 *Plurimum valuisse)*

Collatione declarat Marcellus suam erga Ciceronem voluntatem, & quod consilio Ciceronis acquiescere velit, significat.

54 *Et si scio non)*

Eadem Marcelli nunciat Ciceroni Sulpitius, & quibus officiis mortuum prosecutus sit, declarat.

55 *Querenti mihi)*

Consolatur Figulum, quod patria careat, & officium

cium illi suum apud Cæsarem promittit.

56

Binas à te)

Gratulatus Ciceroni Plancus fuerat, quod dignitatem pristinam apud Cæsarem retineret, quod certis de causis Cicero negat, sed alteram gratulationem iustam habet. Postremo officium suum Planco commendat.

57

Accepi per)

Monet Plancium, ut publicas calamitates, quemadmodum cæteri, fortiter ferat.

58

Si vales)

Expostulatio Metelli, cur præter reconciliationem fratrem illius accusaret.

59

Si tu exercitusq.)

Defensio Ciceronis contra Metelli expostulationem. Constitutio partim legitima, quod inimicum vlcisci licet, partim inficiatoria, quod nulla iniuria Metellum fratrem affecisset, tantum de illius improbitate questus esset. Postremo Metelli animum mitigat, & amicitiam suam cum eo, quam diu velit, constare posse dicit.

60

Hominis importuni)

Agnoscit improbitatem fratris Metellus, & cur Ciceroni non plura scribat, rationem dicit.

61

Literæ Qu.)

Metelli auxilium in rebus suis aduersis exposcit.

62

Etsi statueram)

Commendatoria est epistola, verum cum Ciceroni data esset occasio experiundi animum Antonij, ingratitudinem illius & animum beneficiorum immemorem egregie perstringit.

63

Cum ad me)

Officium suum in procurando successore exponit, & ut Crassi ædes emerit nunciat, ubi iocum interferit, quo ad coniurationem Catilinæ alludit.

64 *Si tu, exercitus(93)*

Ne alienaret à se Pompeij voluntatem, clam illum perstringit, & propemodum accusat de ingratitude, quod fortia illius consilia & facta in coniuratione Catilinæ fracta non agnouisset.

65 *Quantum meum)*

Prædicat animum suum erga Crassum, & quam officio/us esse cupiat, scribit.

66 *Si vales bene)*

Petit Vatinius, ut dignitatem illius contra maleuolorum inuidiam Cicero defendat.

67 *Si vales)*

Respondet Ciceronis petitioni de Catilio pirata Vatinius, quem propter immensa scelera dimittere se non posse dicit: deinde supplicationes pro rebus gestis, ut à Cesare referantur, hortatore Cicerone postulat.

68 *Grata tibi)*

Commendationem Vatini sibi cordi futuram scribit, & ut Dionysium fugitiuum inquirat, petit.

69 *Coram me)*

Hanc epistolam Cicero ad Atticum bellam vocat, in qua à Luceio historico rerum à se gestarum memoriam celebrari flagitat.

70 *Quamquam ipsa)*

Quid fructus ex consolatione Luceij acceperit, exponit.

71 *Si vales)*

Suaferat Ciceroni, ut in præliis se oblectaret, leuationemque malorum ex studio literarum quæreret: quod cum non faceret Cicero, sed in querelis & lamentationibus perpetuus esset, grauitur Luceius illum accusat, sed ita tamen, ut aliquid consolationis intermisceretur.

72 *Omnis amor)*

m 3

Quere-

II ARGUMENTA

Querelis & hæc epistola referta est, præsertim propter collationem diuersorum temporum, ita grauius Cicero angitur, quod in Republica locum pristinum habere nequeat.

73 *Et si vnus)*

Conuenit hoc argumentum cum Sulpitiana, cum vtraq; in consolatione doloris ob liberorū mortē accepti versetur, ijdemq; propemodū argumentis vtatur.

74 *Non obliuione)*

Sextium, vt exilium forti animo ferat, hortatur.

75 *Et si egomet)*

Et hic ob inuidiam & temporum iniurias exul erat: quamobrem consolando hortatur hominem Cicero, vt eum casum fortiter ferat, quem multi viri præclari subierunt.

76 *Et si mihi)*

Hortatur Rufum, vt Partes Pompeij sequatur.

77 *Quoquo modo)*

Rufus quaestor Ciceronis in Cilicia fuerat: hic cum rationem pecuniariam inire cum Proconsule suo Cicerone cuperet, Cicero illi scribam misit, vt cum eo conferret, quam rem sinistre interpretatus Rufus, quod fraudis causa fieret cum Cicerone expostulauerat. Ei expostulationi hæc preparata est purgatio.

78 *Grata mihi)*

Hortatur Messinium, vt honestarum disciplinarum studio, tedium malorum & periculorum temporum discutiatur, & cum miserijs & luctu oppressum consolando quantum potest erigit. Suadet etiam, ne in urbem redeat, sed dulci secessu Mularum fruatur.

79 *Et si ea)*

Torquatum, qui cum alijs Pompeianis in eadem erat naui, consolando hortatur, vt tempestates Reipublicæ æquo bonoq; animo ferat.

80

Peto abs te)

Et

Et hæc est consolatio eiusdem cum superiore argumenti, non esse cuiquam priuatim de tanto casu Reipub. dolendum, cum omnes ex æquo boni habeant, quod conquerantur.

81 *Superioribus literis)*

Et hæc eiusdem argumenti est epistola, in qua communi cum superioribus, consolatione est usus. Idque omni nota temporum & loci ratione.

82 *Novi quod)*

Et hæc est consolatoria, perfectumq; exemplum eius argumenti epistolæ. Habet enim exordium aptum ad ipsam intentionem à periculorum prædictione & præcognitione. Deinde subiicitur ipsa consolatio à varijs locis inuenta, sed plenisq; locis communibus & ijs qui huic materiæ conveniunt. Epilogus autem simplex est & officiosus, ut huic negotio adhibetur.

83 *Quotiescunq;)*

Consolatio amici exulis & patria carentis, constans & suis argumentis, à Cæcinna & Cæsaris, (cuius potentiam fugerat) attributis. Epilogus est adhortatorius ad fortunæ vim continendam. Conveni & hæc orationis pars ita tractata consolationi.

84 *Vereor ne)*

Et hæc epistola eiusdem cum superiorib. est argumenti. Exordium est à sua persona sumtum, quo certam pollicitationem suam futuram confirmat: confirmatur ea argumentis notissimis à testibus, ab eruditione, ab usu, postremo exemplo tanquam certissimo indicio, ubi narrat, quid in Cæsaris Pompeijq; causa prædixerit. Deinde ad consolationem dilabitur, reiectis coniecturalibus argumentis à Cæsaris clementia humanitateq; de qua nihil sibi non promittere audet. Postremo consolatur eum communibus argumentis, à temporum & rerum conditione, & à Cæcinna attributis. Conclusio est officiosa particula.

85

Quod tibi)

Scripserat in Cæsarem librum Cæcinna (meminit enim Suetonius in Iulio Cæsare libri à Cæcinna editi) ob hoc infensor illi multo Cæsar erat. Cum autem reditū cuperet, sæpe oblitteratum eum esse desideravit, sed quando emissus reuocari non poterat, petierat à Cicerone limam illius, quæ cum nihil prodesse posse videbatur, paucis verbis rationem editionis & defensionem perscribit. Postremo petit, vt officium Ciceronis illi non desit.

86

Cum esset)

Fuerat in Sicilia Cæcinna vsq; ad præstitutum à Cæsare tempus, cum iam id adesset, veritus Cæcinna, ne Cæsaris animum abalienaret, consulit Ciceronem, an relicta Sicilia in Asiam se transferret, huic consultationi Cicero respondet, suadens suo consilio in Sicilia maneat, idq; argumentis à loci natura sumtis, & ab vtili.

87

Cum A.)

Commendatio Cæcinnae à iustis causis, à familiaritate, quam cum illius patre habuit, à necessitudine, quam cum Cæcinna à pueritiæ eius annis exercuit, deinde à communibus studijs. Postremo petitio, quæ est tanquam vmbra commendationum omnium.

88

Ego quanti)

Consolatio Trebatij. Exorditur à prædicatione sui amoris & officij erga Trebatium, quem vt melius declararet, nihil sibi omittendum dicit, quod illius causam iuuare posse existimet. Postremo argumentis consolationum superioribus vtitur à Trebatij Cæsarisque attributis, à temporum qualitate, ab exilij conditione, &c.

89

Dolabellam antea)

Epistola partim gratulatoria, quod Trebatius restitutus sit: partim hortatoria, vt rei familiaris dispendium

dium non aestimet, estq; hoc argumentum à compa-
ratione sumptum.

90

Gratulor tibi)

Consolatoria est epistola, vt exiguum illud tempus,
donec literas restitutionis accipiat, fortiter ferat, quam
uis omnem consolationem Cicero inutilem nunc fere
dicat, cum potius ei gratulandum sit. Prius autem nar-
rat cur apertius & audacius causam Balbi egerit. De-
inde restitutionis literis quid actum sit, ostendit.

91

Etsi tali tuo)

Ligarium consolatur à Cæsaris in eum animo, item
à natura & ratione temporum, cum officij sui com-
mendatione, & hortatione, vt iniuriam temporis for-
titer ferat.

92

Me scito omnem)

Nunciatoria est epistola, exordium est officiosum,
deinde quid spei habeat de reditu Ligarij, à Cæsaris
voluntate, vultu, natura, aperit. Postremo hortatur,
vt exilium fortiter ferat.

93

Tibi gratulor)

Hæc epistola propter breuitatem argumento non
indiget.

94

Si mihi non tecum)

Reddit causam Bithynicus, cur iuste à Cicerone
petere debeat, deinde quid petit, subiicit.

95

Cum cæterarum)

Inter causas cur Republicam constitutam velit,
& hanc quoq; affert, vt cum Bithynico viuere fami-
liarius posset. Laudat deinde eius voluntatem, & quan-
topere illi faueat, dicit.

96

Simul accepi)

Mixta hæc epistola est. Primum enim respondet de
iure Aruspicum legendorum in decuriones, deinde de
rebus Hispanicis quid certi habeat, edisserit. Mox ora-
toris

toris sui laudem liberaliter agnoscit, & vt Leptæ filius eo delectetur, exoptat. Postremo ad gloria & virtutis studium Leptæ filium exhortatur.

97

Maculam officio)

Hortatur Leptam, ne ambitiosius Cæsaris amicitiam ambiat.

98

Dederam triduo)

Monet Toranium, vt in Sicilia maneat, nec aliquo discedat, propter opportunitatem loci, vbi omnia Cæsaris facta, voluntatem, animumq; facile percipere possit, & quid de reditu sperandum sit, intelligere: postremo consolatur notissimis argumentis.

99

Esti quum hac)

Consolatur Toranium eadem cum reliquis Pompeianis conditione existentem: Primum, quod nihil inopinatum acciderit, vt qui cum alijs hæc euentura providisset: deinde a morte, quæ sit omnium malorum extrema definitio. Postremo, a conscientia recte factorum.

100

Non ea res me)

Domitius hic in bello Pharsalico fuerat, atq; acerrime pro Pompeio dimicauerat, vt ex Lucano constat. Deuicto autem Pompeio, & Catone mortuo, Domitius se in Italiam receperat, vt in patria in amorem patriæ animam funderet: itaq; sibi ipsi manus inferre statuerat, nisi Hortilia coniuge prohibente, & Cicerone dissuadente, in aliam sententiam perductus fuisset. Eius dissuasionis exemplum hæc est epistola.

101

Si se dolor aliquis)

Responsoria ad petitionem Marij pro ludorum & spectaculorum descriptione a Cicerone sibi mittenda, in qua quantam potest elegantissime omnium istarum rerum voluptatem extenuat, sed tamen qualis fuerit, interim scribit. Ostenditq; quam possit melioribus voluptatibus tranquillius animus se oblectare.

Man-

102

Mandatum tuum)

Respondet petitioni amici de pradio emendo per Ciceronem, cuius ipse quoque in partem dominus erat ex testamento Vbij Caninij. locatur enim in Marium, qui id negotij mandarat Ciceroni, ut quam minimo venderetur, cum illius interesset utpote coharedis, quam plurimo distrahi. Postea gloriatur de victoria Bursæ ut gratulationem Marij sibi voluptati fuisse declararet.

103

Persape mihi)

Consolatoria est epistola, sed alioquin multa dicuntur, quæ ad prudentiam Ciceronis magis referenda videntur, utpote tota ista narratio belli, qua dicit, quam prudenter omnia præcogitavit & prævidit, & quo consilio Pompeium deseruerit, & in urbem redierit. Postremo ipsa eadem consolatione, qua se usum esse dicit, Marium solatur.

104

Ad Nonum Calendas)

Hortatur Marium, ut cum podagra paciscatur, ne vexetur ab ea, dum cum Cicerone vivat, & illi ob id operam dare non possit.

105

Vide quam mihi)

Commendat Cæsari Trebatium diligentissime.

106

In omnibus meis)

Hortatur Trebatium, ut in provincia perseveret, nec in patriam redire festinet.

107

Ego te commendare)

Epistola familiaris, iocosa, exponit enim qua diligentia Trebatium commendat. Dat & rationem, qua Cæsaris familiaritatem citius assequi possit.

108

Scriptis ad me)

Obiurgat Trebatium, quod commoda tribunatus contemserit.

109

Iam diu ignoro)

Hæc epistola respondet superiori, cuius initium: In omnibus meis epistolis.

Legi

110

Legitimas literas)

Vrbanis quibusdam iocis subuehitur in arrogantiam, auaritiam, timiditatemq; Trebatij, deinde petit, vt à Trebatio certior fiat, quo in statu res illius sint, quidque commendationes apud Cæsarem promouerint.

111

Nisi ante Romam)

Hortatoria est epistola, qua consulit Trebatio, vt ad urbem non temere se conferat.

112

Mirabar quid esset)

Locatur Cicero in dissentientes Trebatij professiones: fieri enim non potest, vt Epicureus, qui vilitatis gratia omnia facit, recte iusticiam administrare possit.

113

Adcone me iniustum)

Diurni silentij causam dicit, quam cum Trebatius non accipere velle videatur, ex occasione in apertissimam iocandi materiam descendit.

114

Chrysippus Vestius)

Accusat iocose Trebatium, quod nihil ad eum scribat.

115

Quam sint morosi)

Familiaris epistola, qua dicit se absentia Trebatij propter amorem torqueri: gratulatur deinde illi, quod Mario se insinuauerit.

116

In equo Troiano)

Locatur in Trebatium, qui conquestus fuerat se non sine honorum, quos Romæ adipisci citius potuerat, damno, in prouincia hære: Deinde petit, vt scribat Trebatius, quando in urbem sit venturus.

117

Ex tuis literis)

Laudat Trebatium, quod iam constantiam quandam induerit, & in prouincia libenter maneat: deinde Trebatij præsentia se ægre posse carere dicit, & quantum illum Cæsari commendarit, exponit.

Postremo

Postremo hortatur vt commode Cæsare fruatur.

118 *Accepi à te*)

Scopus epistolæ adhortatorius est, vt Trebati in proposito perseverandi in provincia maneat. Aspersi sunt aliquot ioci suis ex locis petiti, ijſq; notis.

119 *Epistolam tuam*)

Caret argumento.

120 *Vide quanti apud te*)

Petierat Trebati, vt Aristotelis Topica Cicero Latine interpretaretur: quod per occasionem à se factum Cicero rescribit.

121 *Amabilior mihi*)

Disuasoria est epistola, dehortatur enim Trebatium à Velianarum possessionum (quod ille in animo habebat) venditione.

122 *Siliij causam te*)

Commendat Silium Trebatio, & vt causam illius curet, diligenter postulat.

123 *Illuſeras heri*)

Disputatoria est epistola, qua adductis autoribus Trebatij sententiam reprehendit Cicero.

124 *Tantum ex Arpinati*)

Grata illi scribit fuisse signa, quæ emerit Gallus in ornamentum bibliothecæ: gratiora tamen futura fuisse, si ea emisſet, quæ Cicero mandasset. Fuit autem perſtudioſus ſignorum elegantium Cicero, præſertim eorum, quæ eruditionis antiſtitum erant, vt in libro primo epistolarum ad Atticum declarauit.

125 *Amoris quidem*)

Importunitatem Tigellij exponit Gallo. Sunt qui hunc Tigellium cantorem illum Horatio celebratum existiment, Ego autem C. Tigellium Norbanum virum quæſtorium accipio, cuius aſſentationes alicubi contemnit.

126 *Quod epistolam*)

Respon-

Respondet monitioni Galli de Ciceronis in Casarem, sub nomine Catonis, inuestigane.

127 *Cum iam decimum)*

Nunciat amico, quo pacto in morbum inciderit, & quo pacto se habeat.

128 *Miror cur me)*

Ad capita accusationis Galli respondet, & ita ut se innoxium, illum vero dignum accusatione dicat.

129 *Memini cum mihi)*

Curij consilium, quod ante improbauerat, nunc probat, & quid Romæ agat, nunciat.

130 *Si vales, bene est)*

Hæc epistola partim officiosa, partim petitoria, qua literas petit commendaticias ad Sulpitij successorem in Græcia.

131 *Ego vero te)*

Narrat quid gesserit in campo Martio, & ad petitoriam commendaticiam respondet.

132 *Facile perspexi)*

Responsoria ad epistolam Curij, & hortatoria iocosa, ut in urbem redeat.

133 *Quod sine pronomine)*

Ad iocosam epistolam partim iocosa respondet, partim etiam seria, quare petit, ut Volumnius sapius ad se scribat.

134 *Quod declamationibus)*

Primo respondet ad capita quædam epistolæ Curij, deinde aduentum Volumnij se desiderare dicit, & de amatoribus suis Cassio Dolabellaq; itemq; de studijs suis narrat.

135 *Quod tibi decedens)*

Petierat à Cælio Tullius, ut acta omnia urbana ad illum scriberet, quod cum fieri vix posse videretur, respondet Cælius, se Ciceroni librum misisse, ex quo eorum

eorum partem exciperet. Postremo qui sunt rumores de Pompeio & Cæsare nunciat.

136

Certe inquam)

Nunciat quemadmodum absoluto quodam, Hortensius sine stre defensionem illius susceperit. Deinde petit, ut Pantheras in Cilicia ad ornandam adilitatem Cicero conquirat, Huic epistolæ respondet li. 2. Putaresne.

137

Estne ? vici)

Ex stipulatione scribit Cælius, se diligentius scribere : & nunciat quæ interea gesta sunt. Postremo hortatur ad mutuū officium scribendarum literarum.

138

Inuideo tibi quod)

Nunciationis perfectum exemplum, dum ea exponit, quæ Romæ geruntur : item de Pompeio, Cæsarisq; rebus certiorē facit Ciceronem. Postremo & ipse vicissim certior fieri cupit de Ptolemæi morte, rebusq; Aegypti.

139

Qua tu cura sis)

Dissuadet Cicero, ne conflictetur cum Parthis, quod illius copiarum exigua sint, & nihil subsidij sperandum sit, deinde excusa se, quod nihil scribat : cum non habeat, quod scribat de gestis in vrbe. Postremo narrat, quid Marcellus de provincijs constituat.

140

Non dubito quin)

Prior pars epistolæ Appij causam Ciceroni indicat, & quid in ea ab ipso faciendum sit, monet. Posterior vero narrationem habet earum rerum, quæ à Curione in Cæsaris gratiam facta sunt, aliasq; narrationes festiuas : posthæc redit ad Appium, & ad Pantheras, de quibus multis epistolis egit.

141

Quam cito tu istinc)

Habet hæc epistola nouarum rerum nunciationem urbanam & festiuam.

142

Est de Repub.)

Varia

Varia nunciat hæc epistola, quæ in multorum causis agantur.

143

Quod M. Marcellus)

Narrat quid Marcellus consul in senatu fecerit.

144

Si tu dicis)

Et nunciatoria & petitoria & commendatoria hæc epistola est. Narrat enim quæ Romæ agantur. Et Pantheras admodum solícite petit. Et M. Feridium Equitem Romanum ei commendat.

145

Sane literis quam)

Exponit Ciceroni, quis rumor in vrbe sit de Parthorum copijs, & vt certiore eius rei faciat, petit: deinde quid deliberauerit senatus in ea re, docet. Postremo operâ suam Ciceroni de succedendo ei pollicetur.

146

Non diu, sed)

Narrat Ciceroni Cælius, quæ fuerit contentio in senatu, ob relationem supplicationum pro re gesta feliciter pro Cicerone.

147

Pudet me tibi)

Grauitè de Appio calumniatore & vitiligatore hæc epistola conueritur.

148

Gratulor tibi)

Gratulatoria partim est hæc epistola, ob affinitatem nouam Dolabellæ, partim nunciatoria, dum res exponit, quæ in vrbe geruntur.

149

Tanti non fuit)

Narrat quæ Domitio in repulsa contigerint: deinde suspensiones suas certissimas inter Cæsarem & Pompeium Ciceroni perscribit.

150

Ecquando tu hominem)

Pompeium facta collatione vituperat, Cæsarem vero ad cælum tollit. Adijcit se maximopere exoptare, vt cum Cicerone conferre possit. Postremo narrat, quemadmodum ob subitos Galliæ motus
iter

iter facere in provinciam cogatur.

151 *Exanimatus sum*)

Suadet Ciceroni, ne se ad Pompeium transferat, idq; pulcherrimis quibusdam argumentis a metu & exitu victoriæ, in fine consilium dat, quo pacto se in his angustiis tutum conservet. Huic autem epistola respondet libro 2. Magno dolore.

152 *Ergo me potius*)

Conqueritur multum de Cicerone Calius, & pœnitentia se ducit scribit, quod Pompeium non secutus sit: postremo, quid contra Cæsarem moliat, exponit.

153 *Ex his literis*)

Cupit aduentum Varronis, & quod ad pristina studia literarum se contulerit, nunciat.

154 *Caninius idem*)

Reddit rationem, cur epistolam multis ante diebus scriptam Varroni etiamnum miserit. Deinde suadet, ut a conspectu inimicorum se transferat. Se autem valde cupere, ut simul in ocio literario vivere possint, & ut Varro operam det, ut ita fiat, hortatur.

155 *Etsi quod*)

Promittit aduentum suum Varroni, sed locum in quo hæret Varro, rejicit. In fine de fructu literarum disserit.

156 *ὅτι διατῶν*)

Iocatur cum Varrone de Stoicorum & Dialecticorum possibilitate, necessitateq;.

157 *Mihi vero*)

Probant diem, quo conveniunturi essent, & accusat se cum Varrone, quod Pompeio adhæserint, deincto vero eo, ocio sese dederint.

158 *Caninius noster*)

Nunciat Varroni Cæsaris aduentum, laudatque
n ampli-

ampliter eum, quod ocio literarum relictis turbis bel-
lorum se tradiderit.

159 *Cænabam apud)*

Reddit rationem Cicero, cur tantopere accelerarit,
vt Varronem conueniret, deinde de aduentu Cæsaris
rumores varios aperit.

160 *Et si munus)*

Exigit promissum literarum a Varrone, dicitque
quomodo Academicas quæstiones tractarit. Postremo
pollicetur se plura editurum.

161 *Si vales)*

Suadet focero gener, vt à Pompeio ad Cæsarem se
transferat.

162 *Non sum)*

Animi causa Cicero litem Niciæ Vidiique, inter
quos constitutus iudex erat scribit.

163 *Vel meo)*

Conquestio de morte Tulliolæ, & inuitatio Dola-
bellæ, vt ad se veniat.

164 *Gratulor Baijs)*

Familiaris est epistola, amorem Ciceronis erga Do-
labellam declarans. Est autem responsoria ad duo ca-
pita epistolæ illius, de Baiarum scilicet aëre mutato &
oratione pro Deiotaro, quam se mittere dicit.

165 *Caius Suberinus)*

Petit à Dolabella, vt apud Cæsarem Suberini caus-
sam agat, cum excusatione artificiosa Caleni, quod
necessitate Pompeij partes secutus sit.

166 *Et si contentus)*

Laudat hæc epistola fortitudinem prudentiamque
Dolabellæ, & vt deinceps sibi similis sit, hortatur.

167 *Duabus tuis)*

Duabus epistolis Pætî respondet duabus partibus,
priori per asseuerationem istarum rerum, quas prius
Pæto de illius valetudine curanda scripserat: Posteriore
autem

autem de Neapolitana domo, quam dicit se tempestiue emisisse, cum recte Romæ esse non liceat.

168

Delectauerunt me)

Narrat Cicero, qua moderatione & prudentia utatur in viuendo & loquendo cum Cæsare Cæsarianisq; deinde consolationum suarum capita aliqua illi perscribit. Postremo iocos aliquot festiuos de victu utriusque adijcit.

169

Num tu homo)

Petit à Papirio, vt scribat illi, quid de agris diuidendis futurum censeat, simul exponit, quam spem de suis Cicero propter Cæsaris beneuolentiam obtineat.

170

Cum essem)

Dicit se omnibus modis non modo uti, sed & frui suo consilio & prudentia, qua bonarum artium studia sibi cordi esse asserit, & de ludo suo quoq; iocatur.

171

Tamen à)

Iocosa est epistola, qua accusat Patum, qui negauerat Balbum magnifice à se exceptum, cum aliud Balbus confessus sit.

172

Dupliciter delectatus)

Iocosa & hæc epistola, dum de studio suo culinario Patum certiore facit.

173

Ain' tandem)

Est hæc epistola propemodum contentiosa. Confutat enim, quod Papirius fulmina tonitruaq; in epistolis Ciceronis esse dixerit, quæ ipse assequi nequiret. Confutat etiam falsum Papirij de familia sua mendacium, quod putaret neminem nisi plebeium hoc nomine Romæ floruisse.

174

Amo verecundiam)

Faceta disputatio, nec (vt apparet) affectata. Est autem tota pro sententia Stoicorum, qui nullum verbum inhonestum putabant, cuius significatio erat honesta. Laudat tamen postea Academicos, vt pote verecundiæ amatores.

175

Heri veni)

Locatur cum Pato, qui scripserat se pedibus agrum, ait siquidem se venturum, quod coquus illius adhuc membris integer sit, & cum eo liberalius conuicturum.

176

Rufum istum)

Monet Patum, vt consuetudinem coenandi intermissam & relictam redintegret, & animi causa conuersiones conuiuiaq; amicorum celebret.

177

Summum me)

Locatur cum Pato, quod de re militari præcepta quædam ad eum scripserit: deinde commendat M. Fabium quendam, qui cum fratre controuersiam haberat, petitq; vt litem illam sopiat, ne discordia inter eos gliscat.

178

Accubueram hora)

Descriptio coenæ, cui excusatio interseritur, quod cum meretricula usus fuerat eadem mensa.

179

Et absui)

Hortatur hæc epistola Plancum ad Rempublicam capeffendam Cicero, omnemq; operam suam illi pollicetur.

180

Meum studium)

Excusatoria epistola, quod Plancum non defenderit, vt superiore epistola pollicitus fuerat. Rationes sunt à noua Antonij crudelitate, & periculorum præsentia sumptæ. Postremo callide operam suam rursus pollicetur.

181

Cum ipsum)

Et hæc hortatoria est, vt Reipublicæ iuuantæ studeat, laudat autem principio Plancum, vt beneuolentiam & gratiam illius (quod non satis fideret ei) venietur.

182

Gratissima mihi)

Hortationem Ciceronis sibi gratam fuisse dicit, & cui

& cur eam hoc animo acceperit, exponit.

183

Binas ate)

Rurius hortatur Plancum, vt Rempublicam defendat, vsus maxime argumento à spe laudis & gloria.

184

Quæ locutus)

Dissuadet Planco, ne pacem componat inter Brutum & Antonium, quod non sit ea futura ex viâ & Republicâ, & ipsius Planci.

185

Plura tibi)

Cur breuius illi de re sua scribat, exponit: deinde operam suam omnem Reipublicæ pollicetur, petens à Cicerone, vt is dignitatem eius defendat.

186

Si cui forte)

Nunciat senatui Plancus quid in Gallia, quod ad dignitatem Reipublicæ defendendam pertinere putauerit, egerit, petiq; vt omnia illius consilia, facta, dicta, ita accipiant, vt persuadeant, sibi omnia ad Rempublicam defendendam designata fuisse.

187

Nihil me)

Principio testatum facit amorem suum erga Ciceronem, deinde operam suam omnem Reipublicæ pollicetur: postremo de exercitu suo illum certiores facit.

188

Et si satis)

Hortatur Plancum, quem prius laudat, vt Remp. tueatur, operamq; suam pro Planci dignitate promouenda pollicetur.

189

Immortales ago)

Gratias agit Plancus pro officijs, quibus à Cicerone afficitur, nunciatq; Ciceroni, quantum onus pro defensione Reipublicæ humeris suis incumbat.

190

Et si Reipub.)

Scribit Planco, quam grata fuerint & sibi & senatui literæ illius, hortaturq; eodem illo superiore

n 3

argu-

argumento ad Rempub. defendendam.

191 *Vi primum)*

Cupit testatam Planco suam erga illum voluntatem in augenda dignitate facere, hortaturq; bellum cum Antonio inchoatum conficiat.

192 *O gratam famam)*

Laudat voluntatem Planci, hortaturque, vt in eo proposito perseveret.

193 *His literis)*

Nunciat Ciceroni, quid pro Repub. vt Antonium opprimeret, egerit cum Lepido.

194 *Nihil post)*

Quanta fuerit senatus erga Lepidum voluntas, recitatis literis narrat, hortaturq; Plancum, vt strenue pro Repub. laboret.

195 *Antonius Idibus)*

Narrat Ciceroni, quomodo instituerit Antonium victum persequi bello, vt finem tandem hisce malis imponat.

196 *Quid in)*

Narrat Ciceroni consilium suum de sua Lepidique coniunctione.

197 *Quanquam gratiarum)*

Nunciat Planco, quam gratae fuerint senatui literae: deinde solita ratione hortatur ad Reipub. studium.

198 *Ita erant)*

Petit, vt de incerto rumore coniunctionis Lepidi cum Antonio senatum certiore faciat, hortaturque, vt finem bello imponat.

199 *Puderet me)*

Nunciat Ciceroni, quo pacto frustratus sit eum Lepidus, & qua ratione perfidiam eius deprehenderit.

200 *In te &)*

De agris diuidendis agebatur Romae, quod cum Plan-

Plancus accepisset, vt militibus suis grator esset, ipse quoq; petere instituit, & de ea re literas Ciceroni scripserat, ad quas respondet Tullius.

201 *Nunquam me)*

Et se Laterensemq; excusat, ne temere credidisse Lepido existimentur, hortaturque Ciceronem, vt det operam apud senatum, vt Octavius cum exercitu ad eum mittatur.

202 *Facere non possum)*

Ciceronem certiore facit & de exercitu, & de suspitione quam habet de Casare, ne cum Antonio conspiret.

203 *Si interest)*

Dehortatur Furnium, ne Romam praturæ petendæ gratia, relicta prouincia & incoatum bellum omit- tens se conferat, dans consilium, quando commodius possit.

204 *Lectis tuis)*

Rursus dissuadet Furnio petitionem praturæ: hor- tatur autem, vt Rempublicam quantum possit adiu- uare pergat.

205 *Quod mihi)*

Lepidum primo acculat, quod inciuilis senatui pro datis honoribus gratias non egerit, Deinde suadet, vt ita pacem faciat inter senatum & Antonium, ne tan- dem in seruitutem Remp. propellat.

206 *Quam vellem)*

Nunciat Trebonio, quam foris animo sit pro defen- sione Reip. Oportet autem animaduertere principa- tum ænigmaticum de epulis, hoc est, assumptione & Caesaris morte.

207 *De meo)*

Approbat studium suum in Appio defendendo.

208 *Decimo septimo Cal.)*

Narrat conflictum cum Antonio, vires vtriusq; re- censent-

confendo, victoriamq; speratam Ciceroni, bonisque omnibus nunciat.

209

Minime tibi)

Excusat se cur minus scripserit, conqueriturque de Balbo prætoris suo, & quem animum habeat erga Rempublicam, ostendit. Postremo consilium capiat à Cæsare, num in provincia mansurus sit, an in Italiam se transferre debeat.

210

Balbus Quaestor)

Conqueritur de Balbo, & gloria eius recensens, & quo animo erga senatum Rempublicamq; sit exponit. postremo, quid apud exercitum agat, exponit.

211

Quo tardius)

Scribit Ciceroni Pollio, se tardius accepisse nuncios de conflictu Mutinensi, grauiusq; conqueritur de clade illata Reipublicæ per consulum mortem, cui quamprimum succurrendum consulti.

212

Si vos liberiq;)

Purgatoria est epistola, se peperisse Antonio, non illis gratia, sed ne in suos ciues Romanos sauiret.

213

Si vales)

Narrat Ciceroni, quid in aduentu Antonij in provinciam suam egerit, & gratias illi agit, quod dignitatem illius & famam contra obrectatores, defenderit.

214

Quo in statu)

Nunciat M. Bruto & Cassio Decius, qua mente sit in eos Antonius, & quam spem habere debeant obtinende Reipublicæ. Postremo suadet, vt ex Italia discedant.

215

De tua fide)

Petunt Brutus & Cassius, vt Antonius eos certiores faciat, quid de se futurum sit, & an tuto in vrbe persistere possint.

Lite.

216

Literas tuas)

Expostulant cum Antonio de contumeliosis & improbis literis. Et minas illius se facile contemnere asserunt. Postremo monent minaciter, vt rebus suis consulat, & meminerit, quid Cæsari seruitutis auctori contigerit.

217

Si de tua)

Postulat à Cicerone, vt dignitatem eius defendat, & quidam in prouincia egerit, nunciat.

218

Lupus familiaris)

Excusat principio se ipse, cur cum Lupo non rescripterit: deinde hortatur, vt pergat defendere libertatem Reipublicæ: postremo operam suam Bruto pollicetur.

219

Lupus noster)

Petierat à Cicerone Brutus operam & diligentiam eius in Bruti dignitate defendenda: ad hoc responderet Cicero, se maxime id fecisse, idq; à facto suo in senatu approbat.

220

Cum adhibuisset)

Hortatur Brutum, vt pro Repub. laboret, nec senatus auctoritatem ad id expectet, sed suo consilio conficiat.

221

Eo tempore)

Scribit Bruto, quæ sit expectatio senatus de eo, quidq; in vrbe de exercitu & suis rebus agatur.

222

Pansa amisso)

Hortatur Ciceronem, vt operam det, ne ob consulum mortem Reipublica detrimentum capiat amplius, & suam operam Reipub. pollicetur.

223

Non mihi Remp.)

Scribit Ciceroni, se maxime illius patrocinium ex petere in defensione suæ auctoritatis: deinde Reipub. calamitatem exponit: quidq; Antonius egerit a fuga, & quomodo facile superari potuisset, si omnia

ex voto successissent.

224

Eodem exemplo)

Narrat Ciceroni, quid de Lepido & Planco suspicetur, & quos milites, quæq; auxilia adhuc expectet.

225

Treis vno)

Mirari se dicit, cur Antonium Brutus confestim non sit persecutus, cum id pleriq; illi facile fuisse dicant hortaturq; sub finem, vt omnes calumnias quantum fieri potest, vitet.

226

Iam non)

Excusatoria est epistola, qua purgat se ab iniustis querelis, quod Antonium non sit mox persecutus, hortaturq; Ciceronem, vt & ipse & omnes boni bono animo sint, sed tamen soliti in curanda Rep.

227

Mirabiliter mi.)

Nunciat varia Antonio, primum de suo animo: deinde de populi Romani autoritate, de pecunijs postulatis à Bruto, de exercitu mittendo, de Lepido, alijsq; rebus.

228

Et si mihi)

Gratam sibi Bruti diligentiam in salutando illum per Plancum fuisse scribit. Hortatur deinde, vt egregiam operam Reipub. nauet.

229

Permagni est)

Commendat Lamiam familiaritatis & meritorum ratione D. Bruto, vt eum iuuat per suos in prætura petitione.

230

Lamia vno)

Eiusdem argumenti cum superiore.

231

Et si ex)

Reprehendit Brutum, qui se ad senatum timere scripserat.

232

Ad senatum)

Petit à Cicerone, vt literas quas ad senatum mittit,

tit, prius legat, & corrigat, si quæ damnanda videbuntur.

233

Quod pro)

Ostendit principio Brutus, quam sit sollicitus pro Ciceronis salute, deinde suadet, ut omnia ex militum voluntate faciat, & quid nunc agat, exponit.

234

Dij isti Segulio)

Inficiatio dicti Segulij, & ad reliquas superioris epistolæ partes respondet.

235

Cum Appio)

Commendat Appium Bruto, & ut eum in ciuitate, ex qua inimicorum iniuria expellebatur, retineat, petit.

236

Nos hic valemus)

Hortatur Ciceronem ut bono sit animo, nec quicquam timeat. Causas affert Lepidi (sed falso id sibi persuaferat) integritatem, & fortes suos exercitus.

237

Parum tibi)

Ostendit sibi persuasum superiore epistola, ut omnem timorem deposuerit.

238

Expectanti mihi)

Ne nihil ad Brutum literarum cum occasio esset, daret, scribit in eo, ut accendat hominem, omnem spem esse, & de Marco Bruto, quem ad commune bellum vocarat, nunciat.

239

In maximo)

Iam Lepidus coniunctus erat Antonio, eum diligenter monet Brutus, ut curæ sit omnib. Resp. & petit à Cicerone, ut senatus postulata illius impleat.

240

Nondum satis)

Purgat se apud Marium Cicero, quod non labefactauerit eius famam, sed dignitatem potius & auctoritatem Marij defenderit.

241

Magnam voluptatem)

Excusat se Marius, quod Caesaris mortem ægre tulerit.

lerit, cum tanta illius in Matium merita essent, vt non potuerit non dolere ratione officij, impioſq; ostendit eos, qui ab hoc officio eum auocent. Diluitq; quendam, quæ falso illi obijciebantur, quod Rempubicam non amaret, cum euidentibus argumentis id falsum esse dicat.

242

Dubitandi mihi)

Exponit Oppio, quam fuerit vile & gratum consilium ab illo datum, quamque tenere eum dilexerit, & vt porro faciat, petit.

243

Finem nullum)

Narrat Cassio, quam immania ab inimicis Reipublicæ, hoc est, Cæsaris mortem vindicantibus, perpe- trentur.

244

Vehementer lator)

Exponit Cassio, quam grauius iratum Antonium habeat, nec ipse modo, sed omnes, qui in illius improbitatem inuehantur. Enumerat etiam consulares aliquot, in quibus cum spes aliqua defensionis esse posset, omnino à senatu iam abscedant.

245

Auget tuus amicus)

Gravis indignatio Ciceronis in Antonium, dum improba illius facinora in amicos Reipublicæ Cassio explicat.

246

Vellem Idibus)

Votum Ciceronis solitum & in alijs epistolis, de epulis, hoc est, Cæsaris morte, & hic exponitur. Præterea narratur, quid de senatu, senatoribusq; & pop. expectare debeat. Postea quoq; de Cassij & Bruti & reliquorum rebus se sollicitum esse dicit.

247

Hyemem credo)

Quanta spes in Bruto sit, scribit: & quomodo exercitus, & quos habeant, nunciat.

248

Qui status rerum)

C. Tidium quandam commendat, & quanta sit in Cassio

Cassio spes si res male eueniet, & cum ad fortiter agendum exhortetur, adiecit.

249 *Quanto studio*

Approbat suum studium in defendenda Cassij dignitate hac epistola Cicero.

250 *Scelus affinis*

Conqueritur de Lepidi perfidia, & quomodo illius improbitate in nouas turbas coniecti sint, narrat.

251 *Breuitas tuarum*

Rursus ob Lepidi perfidiam in Cassio omnem spem recuperandæ salutis esse ostendit.

252 *Lepidus tuus*

Hortatur Cassium, vt propere ad urbem cum exercitu veniat, in eo enim & Bruto omnem spem esse Reipublicæ positam.

253 *Si vales, bene est*

Scribit Ciceroni Cassius, quas legiones acceperit, hortaturq; obliqui Ciceronem, & vt eum & Rempublicam defendat.

254 *Si vales, bene*

Exaggerat Ciceronis erga se beneficia Cassius, & quas literas scripserit, quos exercitus habeat, exponit. Deinde à Cicerone petit, vt eum tueatur apud senatum, & Imperatores quoq; libenter suscipiat. Postremo narrat, quid in Asia egerit.

255 *Si vales, bene est*

Laudat Ciceronis factum, quod Antonius per ipsum hostis iudicatus, ob id superatus sit.

256 *Quum Brutum*

Varia narrantur hac epistola, præcipua tamen capita sunt de Dolabellæ persecutione, item Rhodiorum infidelitate, de exercitu suo, & studio erga Rempub.

257 *Si vos liberig.*

De Do-

De Dolabellæ improbitate & gestis, hac quoque epistola, vt in superiore agitur.

258

(Athenas veni)

Laus est Ciceronis filij, & gratulatur patri de tali filio & studioso, & moribus honestis prædito. In fine epistolæ dicit se versus quosdam in Cæsarem scripsisse more Lucilij.

259

(Grata mihi)

Exponit Cornificio, quid Cæsar, quidq; ipse in ocio agat, petitq; vt edito commentario de optimo genere dicendi faueat.

260

(Quod extremum)

Purgat se, quod à Cornificio infimulatus erat diurni silentij: deinde quid in vrbe agatur, Cæsare pro voluntate omnia gerente.

261

(Libentissime legi)

Gaudere se dicit, Syriam Cornificio à Cæsare assignatam, petitq; vt de omnibus rebus eum certiores faciat.

262

(Grata mihi tua)

Iocandi argumentum Sinuessana exigua villa Ciceronis dedit, petit interim, vt frequentius scribat.

263

(Caius Anitius)

Commendat Anitium Cornificio, petitq; vt eius negocia & dignitatem adiuuet.

264

(Non his cum)

Narrat quid in vrbe Cæsarianis, reliquisq; post Cæsaris mortem agatur.

265

(Omnem)

Hæc & sequens epistola, in quibusdam exemplaribus coniunguntur, & habent hoc argumentum:

Rursus sed copiosius Cornificio, quæ in vrbe gerantur nunciat.

267

(Ego nullum)

Hortatur Cornificium, vt pro Republica laboret, quod

quod se facere dicit, & commendat illi Pinarium, procuratoremq; Pinarij.

268

Liberalibus literis)

Exponit Cornificio, quod senatus literas illius approbaverit, & quod accusationem illius de Sempronio accipiat. Petitq; de suis rebus eum certiore faciat. Postremo amicorum quorundam negocia illi commendat.

269

Sextus Aufidius)

Renouat commendationem Aufidij hac epistola, quam in fine superioris insinuauerat.

270

Affentior tibi)

Gratam sibi familiaritatem Cornificij esse dicit, & de pecunijs petitis consilium aliud illi dare nititur: postremo suum officium pro Republica Cornificio commendat.

271

Non modo te)

Commendat Lamiam Lamiaq; negocia quam diligentissime Cornificio, falsam suspicionem, quam de Lamia conceperit, diluit.

272

Itane prater)

Mixta est epistola, prior autem pars in excusatione generis literarum consistit: in posteriore, ad varia epistolae Cornificij capita respondet.

273

Et si non satis)

In hunc decimum tertium librum Tiro commendatorias epistolas congeffit, ne passim historiarum ordinem, qui in multis epistolis est, confunderet. In hac autem epistola obliqua commendatione vsus est Patronis Philosophi, cui à Memmio petit facultatem erigendi parietis, qui Memmio obfuturus credebatur.

274

Caio Antonio)

Petit à Memmio, vt Auiano habitandi facultatem in sacratio permittat.

275

Aulum Fusum)

Rogat

Rogat vt Fusum pro pollicitis liberalius tractet.

276

Cum municipibus)

Municipum Volaterranorum hominum optimorum causam, negociamq; commendat.

277

Non moleste)

Docet bonis rationibus, Curij agrum non diuidendum, & vt illi in ea re profic orat.

278

Si vales bene est)

Cuspium amabat Valerius, quare Iulium Cuspj amicum tanquam ipsum Cuspium Valerio commendat.

279

Publius Cornelius)

Vt supra Iulium Cuspianum, ita Cornelium itidem Cuspianum hac epistola Valerio commendat.

280

Quum in Galliam)

Athelanorum causam petitionesq; Cluvio insinuat, & vt immunitatem exactionis illis concedat, vehementer flagitat.

281

Quum & mihi)

Petit a Rutilio, ne Albini agrum olim a Cesare per Laberium emptum, militibus diuidat, idq; rogatione Sestij se facere dicit.

282

Quam tibi)

Societatis publicanorum Bithyniae causam, in qua probi multi erant, multiq; amici & familiares genero commendat.

283

Quam ad te tuus)

M. Varronem hominem dignissimum amplissimae commendationis Praetori Bruto valde commendat.

284

Quia semper)

Arpinatis municipales Ciceronis vectigalia possidebant in Gallia, cui praeerat Brutus: quamobrem a Bruto postulat, vt municipum causae pro vectigalium exactione fauere velit. Id autem sibi suisq; honori futurum.

Alia

285

Alia epistola)

Superiore epistola omnium legatorum Arpinatum causam egit, in hac vero pro Suffidio necessano suo vt Brutus honorem & dignitatem illius de bene obita legatione promoueat, scribit.

286

Lucius Castronius)

Castronium Patum probum hominem Bruto commendat.

287

Lucio Titione)

Petit à Bruto, vt Straboni fauceat in exigendo à Cornelio eius prouincia homine, debito.

288

Præcilium tibi)

Præcilium adolescentem diligentissime Cæsari commendat.

289

Publium Crassum)

Apollonij docti & ingeniosi hominis, quique Cæsaris res gestas monumentis literarum mandare volebat, victori Cæsari commendat.

290

Marcus Curius)

Curium omnium amicitia, & præsertim Sulpitio dignum, diligenter commendat.

291

Non concedam)

In hac epistola non tam commendat Atticum Sulpitio, quam gratias agit, quod Sulpitius tam pronus sit ad benefaciendum ipsi Attico.

292

Cum Lysone)

Caput huius epistolæ & commendationis est (vt ait ipse Cicero) vt Seruius Lysone Patrensem, qui Pompeianos cum Cæsare redegerat in gratiam, in suam necessitudinem recipiat.

293

Asclapone Patrensi)

Asclaponem medicum Patrensem doctum & probum commendat.

294

Marcus Aemilius)

Hammonium Auiani libertum in causa Patroni commendat.

o

Titum

295

Titum Manlium)

Manlium Cicero & (ua & Varronis petitione causaeque diligenter commendat.

296

Lucio Cossinio)

Cossinium & sua & Patroni causa commendat.

297

Quum antea)

Gratias agit Seruio, quod Lysonis commendationem acceperit.

298

Hagesaretus)

Hagesaretum ob merita erga se commendat.

299

Lucius Mescinius)

L. Mescinium, Madij fratrem, qui in Seruij provincia, ubi frater oppetierat, hereditatem petebat, Seruio multis de causis commendat: & ut causam illius defendat, petit.

300

Licet eodem)

Gratias agit Seruio, quod Ammonij causam defenderit, & noua commendatione homini rursus succurrerit.

301

Et si libenter)

Et gratias agit Seruio, quod causam Mescinij suscepit, & ut eum porro adiuuet, flagitat: petitque ut Oppiam Mescinij aduersarium Romam mittat, ut illic citius lis à Cicerone finiatur. Postremo Lacedaemoniorum ciuitatem causasque eidem commendat.

302

Non dubito)

Obliqua commendatione Capitonis, qui cum Cicerone contra Caesarem steterat causam eius à Plancio suscipiendam postulat. Petebat autem hic hereditatem Antistij fratris.

303

Lucius Manlius)

L. Manlium hominem doctum & probum Acilio commendat, ut eum in petitione fraternae hereditatis adiuuet.

Cicero

304. *Caio Flauio)*
Flauium Crassipedis generi amicum olim Acilio
commendat.

305. *In Halefina)*
Hospites Halefinos suos proconsuli Siciliæ diligen-
ter commendat.

306. *Cneo Otacilio)*
Amicum Nasonem (quem plerique autumant pa-
truum Ouidij poetæ) commendat.

307. *Auitum mihi)*
Lysonem hospitij gratia commendat.

308. *Caius Auianus)*
Auianum Philoxenum hospitem suum, & in No-
uocomenes relatum à Cæsare, commendat.

309. *Cum Demetrio)*
Demetrium Megam Acilio commendat, & vt eum
in numero ciuium Rom. habeat, petit.

310. *Hippiam Philoxeni)*
Hippiæ causam vt defendat, Acilium rogat.

311. *Lucius Brutus)*
Bruti res Acilio commendat.

312. *Cum familia)*
Titurnium familiaritatis ergo diligenter commen-
dat.

313. *Lucium & Caium)*
Aurelios filios Lucij necessitudinis gratia valde
commendat.

314. *Que fecisti)*
Coleolo gratias agit, quod Lucij Luceij causam di-
ligenter suscepit, & vt id porro agat, orat.

315. *Lucius Luceius)*
Petit à Coleolo, vt adiuet L. Luceium, vt Bellio-
nes illi satisfaciant.

316. *Et si plurimis)*

Lucium Oppium Egnatij procuratorem, & suo & Egnatij nomine diligenter commendat.

317 *Etsi ex tuis)*
Eiusdem est argumenti cum superiore.

318 *Lucio Egnatio)*
Anchilaum Egnatij seruum propter dominum commendat.

319 *Lucius Nostius)*
Nostium cohæredem suum Apuleio commendat.

320 *Quid ego tibi)*
Obliqua commendatio Egnatij.

321 *Omnis tibi)*
Paphios Rufo commendat.

322 *Quintus Pompeius)*
Quintum Pompeium diligentissime familiaritatis nomine commendat.

323 *Sumsi hoc mihi)*
Marcum Curium de meliøre nota Aristo commendat.

324 *Publium Mesiinium)*
P. Mesiinij causam agit.

325 *Aulus Licinius)*
Pro A. Licinio ad Regem scribit.

326 *Licio Gemicilio)*
Commendat Gemicilium hominem quauis commendatione dignissimum.

327 *Quum mihi multa)*
Gratias agit Termo quod Marcilium iuuerit, deinde socrum eiusdem Termo, commendat.

328 *Etsi mihi videor)*
Negocia legati sui M. Anneij commendat.

329 *Caius Cluius)*
Negocium Cluij Termo diligentissime commendat.

330 *Quo magis*)
 Peritoria est epistola, & commendatoria M. Anneij
 legati.

331 *Lucius Cuspidius*)
 L. Cuspidij causam Rufo commendat.

332 *Marcum Fabium*)
 M. Fabij curam suscipit hac epistola.

333 *Lucius Liuius*)
 L. Liuium & illius & patroni causa officiose
 commendat.

334 *Tito Pinnio*)
 Petit à Prætoribus, ut Niceriens Pinnio filio pecuniam
 quam debent, soluant: & ut procurer, rogat.

335 *Et in Attulij*)
 Agit gratias Silio, quod Attulij commendationem
 acceperit, & deinde Q. Fratrem commendat.

336 *Non putavi*)
 C. Lemnij negocium & suo & Q. fratris nomine
 Silio commendat.

337 *Nero meus*)
 Agit gratias Silio Neronis nomine, diligenter com-
 mendato adolescente, deinde petit ut ipsum Neronem
 Neronianusq; tueatur & adiuuet.

338 *Cum Publio*)
 Pub. Terentium magistrum rationum societatis suæ
 Silio diligenter commendat.

339 *Aulum Cæcinnam*)
 Negocium habebat in Asia ante exilium Cæcinnæ,
 & cum exularet propter Cæsaris iram, cupiebat reli-
 quias negociorum conficere, quare profectus in Asiam
 ad Seruilium proconsulem, à Cicerone commendatus
 est.

340 *Ex provincia*)
 Andronem familiarem suum commendat studiose
 Seruilio.

341

Grata vehementer)

Non est commendatoria, sed responsoria ad literas Seruiliij. Petit autem, vt certior fiat ab eo de rebus prouinciæ: deinde causam dicit, cur minus sæpe de Republica scripturus sit. Postremo officium suum illi pollicetur.

342

Caius Curtius)

Petit à Seruilio, vt Curtius Mithris controuersiam explicet.

343

Quia non est)

Appium Menandrum & suo & Patroni nomine Seruilio commendat.

344

Multos tibi)

T. Agasium comitem exilij valde commendat.

345

Cereliæ necessaria)

Cereliæ necessaria negotia Seruilio rursus commendat.

346

Gratulor tibi)

Gratulatoria est epistola & commendatoria & petitoria.

347

Et si non dubito)

Commendatio eorundem, quos præcedente epistola commendarat.

348

Et si non dubito)

C. Auianum Flaccum iterum commendat.

349

Tanta mihi cum)

Narrat decurionibus, quantopere Q. Hippium amet, quibus etiam C. Vagum, vt in agro emto illi auxilietur, commendat.

350

Quum his)

Principio officium suum, deinde M. Bolanum commendat: postremo petit, operam det, vt Dionysius fugitiuus ad herum reducat.

351

Democritus)

Demo-

Democritum Sicyonium hominem familiaritate dignum valde commendat.

352 *Et te scire)*

C. Anianum Flaccum, quem prius Q. Philippo & alijs commendauerat, nunc Alliena valde probat.

353 *Et literis)*

Deslet suam suorumq; calamitatem Cicero, & quam spem redeundi ab exilio habeat, ostendit. Postremo dissuadet villæ venditionem Terentiæ.

354 *Noli putare me)*

Principio excusat se, cur breuius ad Terentiam scribat. Deinde conqueritur de sua suorumq; desolatione, & quam ægre acceperit, proscriptas fuisse res suas, exponit. Postremo etiam dissuadet, ne sumtum in ædificando faciat, sed valetudinem suam curet.

355 *Accepi ab)*

Conqueritur & hac epistola, quod culpa sua & ipse & sui in mœroribus sint. Deinde ad varia capita literarum vxoris responder. Postremo dicit, se cupere certio rem fieri, quid de sua restitutione agatur.

356 *Ego minus sape)*

Pathetica est epistola, & affectibus honestis plena, in quo ad varia epistolæ vxoris capita rescribit.

357 *Si tu & Tullia)*

Narrat Terentiæ, quomodo cum filio nauigauerit, quodq; literas eius acceperit, quidq; ea agere debeat, edocet.

358 *Nec sape est)*

Mixtum est epistololum: nam & excusat se, quod raro scribat, & de prædij venditione ait se cognouisse, & petit vt satisfaciatur cuidam, & Pollucem seruum ad se mitti cupit.

359 *Omnes molestias)*

Exponit vxori, quomodo electa bile, senatus sit,

o 4 horta,

hortatur vt bono animo fit. Postremo ostendit, vbi commodo degere possit

360 *Si vales, bene est)*

Rogat vt valetudinem curet, & gaudere se dicit, quod de Cæsaris literis certior factus sit.

361 *Ad ceteras meas)*

Ostendit se incertum esse animi.

362 *Quid fieri placeret)*

Excusat se, cur clarius & longius non scribat.

363 *Si vales, bene est)*

Dolere se dicit de Tullix fortuna.

364 *Quod non in)*

Nunciatoria & dehortatoria est.

365 *Quod scripsi ad)*

Consilium dat vxori.

366 *Si vos valetis)*

Rursus consulit Terentia, quid agendum sit, sed explicatius quam in superiore.

367 *Si vales, bene est)*

Nunciatoria de rebus suis.

368 *Et si eiusmodi)*

Literas ab vxore expectat, & dolorem, quem à Volumnia acceperat, explicat.

369 *Si vales, bene est)*

Excusatoria, cur nihil scribat.

370 *Considerandum vobis)*

Monitoria est epistola.

371 *In maximis)*

Nunciatoria est epistola.

372 *In Tusculanum)*

Monitoria vt balneum parer.

373 *Si vales)*

Hortatur vt valetudinem curet.

374 *Si vales)*

Argu-

Argumento non indiget.

375 *Si vales*)

Nunciatoria & petitoria.

376 *Si vales, bene*)

Argumento non indiget,

377 *Si vos B.*)

Nunciatoria & petitoria est epistola, exponit enim, quam varij sintrumores timoresq; Parthorum aduentus, deinde à senatu maiorem exercitum petit.

378 *Si V. V. B. E.*)

Exponit quid in Cilicia post suum aduentum egerit.

379 *Quum ad me*)

Catonem certiozem facit, quid de Parthis acceperit. Deinde cur non scribat, excusat se,

380 *Summa tua*)

Longa hac epistola & elegantissima Catonem sollicitat, & rogat vt honorem illius ornet, & apud senatum amplifcet, recensitis prius, quid in Cilicia egerit & confecerit.

381 *Quod &*)

Gratulatur Ciceroni de rebus à se gestis, & tacite dissuadet, ne triumphum ambiat.

382 *Letus sum*)

lucundam sibi Catonis gratulationem fuisse dicit, petitq; vt rursus apud senatum sua sententia & voluntate à Catone adiueretur.

383 *Te & pigritatis*)

Et gratulatur Marcello, quod frater eius Consul factus sit, & petit vt operam det, vt illi in prouincia succedatur.

384 *Maxima sum*)

Officiosa est epistola, qua C. Marcello de nouo consulatu gratulatur.

385 *Marcellum tuum*)

o 5

Gratu-

Gratulatur rursus M. Marcello, quod frater consul factus sit.

386

Quoniam id)

Petit à consule, vt honori & dignitati Ciceronis faueat in senatusconsulto, quod petebat Cicero.

387

Quanta tibi)

Agit gratias Marcello, quod in dignitate & ornamentis ab illo adiutus sit.

388

Etsi mihi)

Officiosa est epistola, & petitoria, vt ei succedatur.

389

Maxime mihi)

Officium suum Paulo approbat, deinde petit vt dignitatem illius promoueat in senatusconsulto approbando.

390

Marcum Fabium)

Responder ad Cassij commendationem, & se illum cupisse videre, antequam in prouinciam iret, dicit. Postremo petit, vt operam det, vt ei succedatur.

391

Etsi vterq.)

Consilium suum in bellis ciuilibus exponit.

392

Peto te iam)

locatur cum Cassio, quod Epicureus factus sit.

393

Præposteros habes)

Exponit quæ noua in vrbe gerantur.

394

Longior epistola)

Excusatoria & nunciatoria de Reipub. statu & animo.

395

Si vales)

Responder ad duas priores epistolas.

396

Oratorem meum)

Petit vt Trebonius sepe ad se scribat.

397

Et epistolam)

Responsoria est epistola, bona tamen ex parte officiosa.

Vide

398

Vide quanta)

Ex his epistolis animus Ciceronis erga doctos liberos & viros cognoscitur. Consulit autem & monet hac epistola Tironem valetudinarium, vt valetudinem suam diligenter curet.

399

Septimum iam)

Hortatur Tironem, vt valetudinem curet, & quamprimum ad se veniat.

400

Paulo facilius)

Eiusdem est argumenti cum superiore.

401

Non queo ad)

Officiosa est epistola.

402

Nos apud)

Hortatur vt curet valetudinem, vt in reliquis propemodum omnibus.

403

Varie sum)

Solicitus est pro Tirone.

404

Tertiam ad)

Eiusdem est argumenti cum præcedenti, vt & illa quæ sequitur.

406

Nos à te)

Itineris descriptio, reliqua hortatoria sunt ad valetudinem.

407

Etsi oportuit)

Eiusdem argumenti, nisi quod in fine narrat, quid irurbe fiat, quæq; pericula vrbi immineant.

408

Quod in discrimine)

Pericula dissensionum ciuiliū narrat, & vt valetudinem curet, petit.

409

Ego vero)

Scripterat Tiro se venturum ad Ciceronem, si ipse id cuperet. Ad quod respondet se cupere vere, id est, serio, & ex animo, sic tamen, vt pericula deuiter, & saluti consulat.

Aegypti

410

Aegypta ad)

Ex Aegypta, qui à Tirone venerat, dicit se intellexisse, Tironem leuatum febri, sed quia non scripsit, grauius quippiam veretur, ne omnino non conualeuerit. Deinde scriptis his ab eo missas literas dicit.

411

Andricus postridie)

Tota hac epistola significat Cicero sollicitudinem suam de valetudine Tironis, quem hortatur, vt curet valere, & retineat Acastum seruum.

412

Omnia)

Hac quoque epistola hortatur Cicero Tironem, vt curet recte valere, & nunc ad se venire. Videntur autem hae epistolae à Tirone in lucem datæ pro sui commendatione.

413

De Tirone mi)

Laudat Ciceronem, quod Tironem hominem doctum & probum manu miserit.

414

Video quid)

Reprehendit Tironem, quod verbo fideliter improprie vsus sit.

415

Quid igitur)

Reprobat sententiam Tironis de quodam vocabulo: sed hæc & sequentes duæ argumento non egent, non enim historiam continent.

418

Quum vehementer)

Varia Tirone scribit Cicero filius.

419

Spero ex)

Præter valetudinis curationem, mandat quædam Tirone.

420

Tu vero)

Mixta est epistola.

421

Et si mane)

Mandatoria est epistola.

Et si

422 *Esti iusta*)
Hortatur ut saepe scribat, ne excusatione utatur.

423 *Verberavi te)*
Eiusdem est argumenti.

424 *Mirificam mihi)*
Narrat quid de consiliis sentiat.

F I N I S.